

q̄ filij dei sumus per aptam similitudinē  
pri. **Johan. iij.** Scimus qm̄ cum apparui  
erit similes ei erimus. per hereditatis pa  
terne perceptōem. **ij. Cor. xij.** Neq̄ enim  
debent filij parentibz thesaurizare sed pen  
tes filijs. et per familiaritatis magne osiē  
sionem. Tenebūt enim eos in mensa sua  
**Psal.** Filij tui sicut nouelle oliuarum et  
in camera sua **Lu. xij.** Pueri mei mecum  
sunt in cubili. In sede sua. **ps.** Et filij co  
rum vsq̄ in seculū sedebunt super sedem  
uam. et p̄stauerunt eos sup̄ omnia bona sua  
**Matth. xxv.** Super pauca fuisi fidelis.  
super multa te constituam.

**De p̄memoratione animarū.**

**Sermo primus.**

**M**emorare nouis  
sima tua et in eternū nō peccabis  
**Ecc. vij.** Quia valde est uile mortē no  
stram sepe ad memoriā reducere. ideo spi  
ritus sanctus nos inducit ad nostre mor  
tis memoriā habendam cum dicit. **Me  
morare nouissima tua et c.** Deinde ponit  
huius memorie utilitatē magnā cum sub  
dit. et in eternū non peccabis. **Circa pri  
mum est notandū q̄ in hoc qd̄ dicit. No  
uissima includit prima et media quorū re  
cordatio ad humilitatē nos inducit. Pri  
mo enim debemus memorari nr̄a primor  
dia. i. natiuitatē circa quā tria sunt p̄fide  
randa. sc̄ reatus. status et ortus. Reatus  
q̄ puer cum pctō p̄cipitur. **ps.** Ecce enī  
in iniquitatibz p̄ceptus sum et c. Status  
q̄ puer in utero m̄ris stat curuus genas su  
per genua tenens. **Hinc est q̄ naturaliter  
oculi genibz flexis citius lacrimant. et su  
per genua positi citius ad fletū puocant.**  
**Ortus etiā noster est cum fletu. Aug. in  
li. de ci. dei.** Infantia que nō a risu sed a  
fletu orit̄ in hanc lucē quid malorū passu  
ra sit nesciens p̄phetat. Solū qm̄ natus ē  
secutū risisse zoarasten. nec tū ille risus sibi**

p̄fuit. q̄ a nino rege assiriorū interfectus  
fuit. Et ista tria deplorat p̄pheta dicens. **Vi  
ser factus sum p̄pter culpabilē reatū et cur  
uatus sum p̄pter fletū curuū. tristatus in  
grediebar quo ad flebilē ortum.** **Scdo**  
debemus memorari nostra media. q̄ vita  
nostra vanitatibz plena est. **Nam s̄m bu  
go. de scō victore.** in hac vita quadruplex  
est vanitas. **Prima est in rebz p̄ditis que**  
quidē habent vnā vanitatē a nō esse ad eē  
**ps.** **Uane cōstituisi omnes filios hoīm.**  
**Alia est in ipso esse.** q̄ in eodē statu nō p̄  
manent. **Ro. vij.** Vanitati creatura sub  
iecta est. **Alia est ab esse in nō esse.** **ps.** **Ve  
runtū in ymagine p̄transit homo.** **Ista tri  
plex vanitas tangit Ecc. iij.** **Cūcta sub  
iacent vanitati quo ad vanitatē in esse.** de  
terra facta sunt quo ad vanitatē de nō esse  
in esse et in terrā p̄ter reuertunt̄ quo ad va  
nitatē de esse in nō esse. **Secūda vanitas**  
est in operibz humanis q̄ p̄sistit in acqui  
rendo diuitias. delicias et honores que tū  
cū labore acquirunt̄. cū timore possident̄  
et cū dolore perdunt̄. **Tercia vanitas est**  
in corp̄alibz. **Nam s̄m ber.** caro nostra im  
pugnat̄ a suo materiali principio. i. a luto  
ab ipso mundo et a dyabolo. **Et dicit q̄ a  
luto h̄z cogitatōes voluptuosas. a mūdo  
curiosas. et a dyabolo maliciosas.** **Quar  
ta vanitas ē in mētibz.** in quibz ē triplex  
vanitas s̄m greg. **Una est q̄ cū labore p̄  
fici. sine labore deficit.** **Alia est q̄ mō ar  
dent̄ appetit. mō fastidit.** **Tercia ē affecti  
onū varietas q̄ ipsam sepe impellit.** **Ter  
cio dēmus memorari nostra nouissima. s.  
mortē periculosa. et viā formidolosa.**  
**Mors nāq̄ valde est piculosa.** q̄ tunc aī  
ma quadruplex bellū gerit. **Unū** cum mor  
bo sepante. **Alia** namq̄ naturaliter vult  
esse in corpe. et morbo eam mitē separare. **j.  
Reg. xv.** **Siccine separat amara mors.**  
**Secundū** h̄z cum dyabolo infestare. **Ge  
ne. iij.** **Tu insidiaberis calcaneo eius.** **Ter  
ciū** h̄z cum pctō se ingerente. **Sepe enī**  
**I. ij.**

**I. ij.**

## De Cōmemora

fit dyabolo pcurate vt ipsi anime omnia  
sua peccata ad memoriaz reducant. vt ex  
hoc in desperationem labat. ideo nō debz  
tūc ad memoriā reducere sua peccata. sed  
potius sua merita. sicut ille fecit qui dixit  
**iiij. Reg. xx.** **Memento quō ambulaue-**  
**rim coram te.** Quartū hz cum deo ratōne  
erigente. **ij. Cor. v.** **Dēs nos manifesta-**  
**ri oportet aī tribunal xpī.** Scōdo nos de-  
bemus memorari viā formidolosam. **ps.**  
**In via hac qua ambu. ab. la. mibi.** Ideo  
talibz debet dari viaticū. i. corpus dñicū.  
Via em̄ illa est longa. ideo sibi dat ad res-  
ficiendū. **iiij. Regum. xxx.** Surge comede  
grandis em̄ tibi restat via. Est periculosa  
ideo sibi dat tanq̄ pugil ad deferendum  
**Job. xvij.** **Pone me iuxta te et cuius vis**  
**manus pugnet cōtra me.** Est tenebrosa.  
ideo dat sibi tāq̄ lucerna ad illuminādū  
**Jo. viij.** **Ego suz lux mūdi et.** Est dubia  
et ignota. ideo sibi datur tanq̄ ductor ad  
precedendū **Ero. xv.** **Dux fuisti in miseri-**  
**cordia pplo quē redemisti.** Scōdo ponitur  
memorie mortis vtilitas magna cum dō  
**Et in eternū non peccabis. nec peccato su-**  
**ppbie. nec peccato luxurie. nec peccato aua-**  
**ricie.** Supb̄ em̄ si aliquas gratias habz  
inde extollit. si aliqua sibi p̄sua succedūt  
inde eleuat. si vero aliquibz aduersis de-  
p̄m̄is dedignat. Sed memoria mortis  
p̄pescit ne homo extollat in gratijs. **Ecci.**  
**x.** **Quid supbis terra et cinis.** Sicut em̄  
pauo in extensione caude gloriat. sed cō-  
siderando pedes ad humilitatē reducitur  
sic homo si ex p̄sideratōe gratiaz extollit  
p̄siderando pedes. i. finem ad humilitatē  
reuocat. **Greg. in mora.** **Despecti iacent**  
**in putredine. qz prius intumescabant in va-**  
**mitate.** Cōpescit etiam ne eleuet in p̄suis  
Sicut em̄ aues cauda se regūt volādo p̄  
aerem. sic memoria mortis regit hominez  
ne eleuet in p̄suis p̄ supbiam. Et sicut  
vinum p̄u cito inebriat. murtum vero so-  
brietatem facit. Sic leticia mūdāna cito

## tione Animarum

resoluit animum. mixta vero cum mortis  
memoria animū temperatum facit **Pro-**  
**verb. xiiij.** **Risus dolore miscebit. et erre-**  
**ma gaudij luctus occupat.** Cōpescit etiā  
ne homo indignes vel frangat in aduer-  
sis. Sicut enim pisces in aqua natando  
cum cauda se dirigunt. sic et homines in a-  
quis tribulationū ne p̄ impatientiam de-  
mergant. p̄ memoriā mortis se regunt  
**Secundo** expellit peccatum luxurie. sicut  
enim animal cum cauda expellit muscas  
sic et homo cum mortis memoria debet a  
se expellere cogitatōes immūdas. **Greg.**  
**Quid em̄ sit carnis substantia testantur**  
**sepulture. n̄bilqz sic ad domandū carnis**  
**desideria valet qz vt quisqz hoc quod dili-**  
**git quale sit mortuū p̄ser.** Magna siqui-  
dem stulticia est corpus suū delictijs im-  
pinguare carnalibus. quod postmodum  
cibus futurus est vermicibus. associatum  
serpentibz. et subiectum bestijs ambulan-  
tibus. Istam autem triplicem hereditatē  
corpus habiturum est sc̄z vermes ad cor-  
rodendum. serpentes ad associandum. be-  
stias ad p̄cilandum. **Eccle. xi. ca.** Cum  
enim morietur homo hereditabit serpentes  
bestias et vermes. **Tercio** mēoria mortis  
expellit peccatum auaricie. Nullus enim  
sapiens debet diuitias appetere cum post  
modū de corpe eriturus sit nudus **Job.**  
**i.** **Nudus egressus sum de vtero matris**  
**mee. et nudus reuertar illuc.** Eruturus sit  
sacco vel cilicio tegendus **Job. xvi. capi.**  
**Saccum p̄sui sup̄ cutem meā.** Eruturus  
sit omnibz diuitijs spoliandus. **Psalm.**  
**Ne timueris cum diues factus fuerit hō**  
**Eruturus sit cito in vermem et putredinē**  
**resoluentus.** **Job. xvij.** **Putredini diri-**  
**pater meus es. mater mea soror mea ver-**  
**mibus.** Eruturus sit cito in cinerem et in  
putredinem redigendus. **Ecclesiasti. deci-**  
**mo capitulo.** **Quid supbis terra et cinis**  
cuius conceptus culpa. nasci miseria. vi-  
uere pena et mori angustia.

Eodem die. Sermo. ij.

**Q**ue parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias Matth. xxv. Am me fidelium ut ad celestes nuptias intrare possint qui de hoc mundo decedunt debent se preparare et in vita et in morte. In vita faciendo bona opera in terris ex quibus domum sibi valeant edificare in celis. Edificantium autem quidam sunt valde boni. quidam sunt valde mali. Valde boni sunt viri perfecti qui domum in celis edificat de auro. argento et lapidibus preciosis. ij. Cor. ij. Si quis sup edificat sup fundamentum hoc auro. argento et lapides preciosos etc. Per autem intelligit dilectio dei que est incorruptibilis sicut auro. Fides autem corripitur ex eo quod sibi succedit melius scilicet aperta visio. Spes euacuatur. quod sibi succedit melius scilicet eterna possessio. Caritas autem non euacuat quod caritati nihil quod melius est succedere potest quam ipsa caritas. que deus est. Per argentum intelligit dilectio proximi. Sicut enim post auro preciosius metallum est argentum. sic post mandatum de dilectione dei mandatum de dilectione proximi melius esse censetur. Matth. xxij. Diliges dominum deum tuum etc. hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Per lapides preciosos intelligunt bona opera que debent esse lucida per intentionem rectam et solida per perseverantiam et virtuosa per caritatem veram. Alias enim nullius virtutis essent nisi in caritate fierent. Illi ergo edificant domum de auro argento et lapidibus preciosis qui habent caritatem dei succensam. proximi dilectionem sinceram. et operationem sollicitam. Tales enim destructa domo corporis mori ingrediuntur domum celestis claritatis. j. Cor. v. ca. Scimus quoniam si terrestres domus nostra huius habitationis dissoluatur. et domum infernalem de spinis auaricie. de lu-

ro luxurie. et de lapidibus superbie. Per spinas diuitie intelligunt ut habet Matth. xij. Avari ergo edificant. valde mali sunt miseri peccatores qui edificant sibi domum spinosam. et ideo in ea peribuntur. Isa. xxij. Spine congregare igni peribunt. Lurarii edificant sibi domum lutosam Eccles. ix. Omnis mulier fornicaria quasi lutus in via sculcabitur. Quia igitur sibi edificauerunt domum luteam. ideo in ipsa domo lutea a demonibus sculcabuntur. Isa. x. Vitam eas scilicet assur. id est dyabolum. pro populum furoris mei. ut ponam illum in conculationem sicut lutum platee. Superbi autem edificant sibi domum lapidosam. Superbia enim ad instar lapidis facit cor durum. Job. xij. Cor eius indurabit quasi lapis. Et qui edificant domum lapidosam. ideo cum ipsis lapidibus a demonibus debent lapidari Eccles. xij. In lapide luteo lapidatus est piger. Nemo enim pigrior quam superbo. Dignatur enim pauperem recipere. erubescit ad ecclesiam ire. recundatur ieiunia observare. Mediocriter autem boni et mali sunt viri imperfecti qui licet super fundamentum fidei edificent auro. argentum et lapides preciosos. edificauerunt nihilominus lignum. fenum et stipulam. id est peccata et vicia quorum quedam sunt in vita et concupiscentie et ista sunt lignum. quedam vero in quadam assuetudine et ista sunt fenum. quedam autem ex quadam surreptione et ista sunt stipula. Vel potest dici quod per ista tria intelligit amor domesticorum uxoris et filiorum. amor diuitiarum et amor honorum. Qui ergo ad ista interiori amore inclinatur plus habentes vel minus vel minimum de humiditate carnalitate vel cupiditate vel ambitionis plus vel minus vel citius crebunt. Secundo fidelium anime debent se preparare in morte. Quatuor namque quod ipse a se de corpore eruentes timere possunt scilicet laqueos demonum. multitudinem peccatorum et penarum acerbiter et viarum.

I. ij.

ignorantiam. Contra laqueos demonum se debent armare p elemosinay largitōnez. Elemosina em̄ tanq̄ lancea ad feriendūz et scutū ad defendendū antecedit. Quā de elemosina dicit Ecc̄i. xxi. Sup̄ scutum potētis et sup̄ lanceam aduersus inimicum tuū pugnabit. Contra multitudinē peccatorū debent se armare p veram p̄fessionem Ecc̄e. xviij. Ante mortem p̄fiteri. Ecc̄e. xvij. Ante iudiciū interroga teipsum et in p̄spectu dei inuenies p̄piciatōnem. Cōtra timorem penay debent se armare p exitum vinctōnē. que quidem vinctio valet ad tria vt habet Jac. v. s. ad celeriorē d̄ penā purgatorij saluationem. vnde dicit Orō fidei saluabit infirmū. Ad ip̄s pene aliqualem mitigatōnem. vnd̄ subdit. Et alleuiabit eū dñs. Ad peccatorū dimissio nem. vñ ait Et si in peccatis sit dimitte nē ei. Contra ignorantiam viay debent se armare p corp̄is xp̄i p̄ceptōnem. Filius ei dei scit viay que ducit ad infirmū. que ad limbū. que ad purgatoriū. que ad celum et iō anime sanctorū errare nō possunt que habent talē ductorem Jo. xiiij. Ego sum via veritas et vita. Ip̄se em̄ animā in via recta ponit qz est via. et posita p viā rectā deducit. qz est veritas. et deductam in par adisum introducit deducens eam ad se qui est vita et beatitudo nostra.

Eodem die Sermo. iij.

**M**emor esto iudiciū mei. sic ei erit et tuū. mihi heri et tibi hodie. Ecc̄i. xxi. Recte mortuū viuo ad memoriam mortē reducit ex eo qd ip̄sa mortis memoria est multum vtilis et necessaria. adeo qd ip̄si philosophi multū mortis memoriam p̄mendauerūt. Vnde Plato. Platonis sententia est omniū sapientū vitam meditatōnem esse mortis. Alius philosophus dicit. Sūma p̄bia ē assidua mortis meditatio. Galer aut̄ memoria mortis ad quinqz. Primo ad ostēdendū qd vita nostra multe sit breuitatis

Et istud patet in illo rege potentissimo de quo dicit Ilxro. ad heliod. xerxes ille potentissimus rex qui subuertit montes mariaqz p̄strauit. cuqz de sublimi loco infinitā cerneret multitudinē exercitus. fleuisse dicitur de eo qd post centū annos nullus eorum quos tunc cernebat superuicturus esset. Deus nāqz tres terminos humane vite imposuit. Primus fuit ante diluuiū. scilz mille annorū. licqz m̄ millenariū nullus attingit. Secūdus fuit post diluuiū et durauit vsqz ad dauid. scz centū et viginti annorū. Gen. vi. Erūtqz dies vite illi. Et xx. annorū. Tercius incepit a dauid et durauit vsqz ad modo. s. lxx. vel lxxx. annorū. Ps̄al. Dies annorū nostrorū in ip̄sis. lxx. anni et c. Nec miqz si taz breuis est vita. qz sicut dicit balaā. vita nostra est tāqz qdā arbor cuius radices duo mures. vnus albus et alius niger. i. dies et nox sp̄ corrodunt. Et qz tam breuis est vita. p̄suetudo erat antiquitus vt dicit Jo. elemo. qd in ea die qua impator coronabatur fragmēta martiorū diuersorū sibi ab artificibz portabant qui dicebant De quo martiore iuber impator sibi fieri sepulcrū. Et eadem die qua imponebatur sibi corona. pabatur etiaqz sibi sepultura. Secūdo vtilis est ad ostendendū qd labores qui nō sunt p̄pter deum sunt multe vacuitatis. Istud p̄ in virgilio qui circa finem vite sue quatuor versus fecisse dicit. in quibz ostendit se p̄piliando tres libros grauiter laborasse. scilz libz de bucolicis. in quo tradidit artē pastoralis cure. libz d̄ georgicis. in quo tradidit artē ip̄sius agriculture. et libz eneydos. in quo tradidit artē milicie et pugne. Et tñ nec de capris nec de tam bñ pastis portauit lac. nec d̄ agris tam bñ satis portauit segetes. nec de hostibz supatis et victis portauit spolia. vñ dicit. Pastor arator eques p̄am colui sup̄aui. Capras rūs hostes frōde lige ne manu. De canis pastis. de rure sato d̄ hoste subacto. Nec lac

nec segetes nec spolia vlla tuli. **H**ic autē virgilius methaphorice locutus est. **N**ullus enim in morte de suis delicijs portare potest lac alicuius dulcedinis. nec de suis diuitijs segetes alicuius refectionis. nec de suis triumphis titulū alicuius honoris. **ps.** *Ne timueris cur diues factus fuerit homo. hoc refert ad carnales delicias. hō mo em̃ p carnali accipit. et cū multiplicata fuerit gloria domus eius. hoc quātum ad dignitates mundanas. Qm̃ cum interierit non sumet oīa. hoc quo ad tpales diuitias. Et signanter dixit oīa. qz de hīs aliqua secū portat. Nam de delicijs secum portat p̃cie amaritudinem. Prouerbi. v. Nouissima illius amara quasi absinthiū. De diuitijs portat extremā esuriem. sicut p̃ in illo diuite epulone qui guttas aque habere non potuit. De honoribz secū portat omnimodā deiectionē. j. Machabe. ij. Gloria eius sterco et vermis est. Hodie em̃ extollit et cras non inueniet. **T**ercio vtilis est ad ostendendum qz status hōis est multe miserie et penalitatis. **I**stud em̃ p̃ in arellonle qui dū in infirmitate vltima laboraret et ab aliquibz discipulis rogaretur vt aliqd̃ verbum sententiosum eis dimitteret ait. **H**umiliatus in hunc mundū intraui. anxius vixi. **P**erturbatus egredior. et inscius et ignarus. vbi ostendit statū suū fuisse miserabilē q̃rū ad ingressum. cū dixit. humiliatus i hūc miser mundū intraui. **V**ere humiliatus qz cū culpa et fletu pauper et nudus. **F**uit etiā miserabilis q̃rū ad p̃gressum. ideo dixit. anxius vixi. **E**st aut̃ triplex laboris anxietas. **U**na laudabilis et meritoria. **ps.** *Laboravi clamans et c.* **A**liavirupabilis et dyabolica. **1. cor. ix.** *Ut inq̃ agerent laborauerūt. Alia indifferens et penosa. Job. v.* *Homo nascit̃ ad laborem. Labores vero quos ipse p̃tulit non fuerūt sibi meritorij. qz hoc nō faciebat p̃pter deum sed p̃pter fauorē humanū. Fuit enī eius status miserabilis q̃rū**

ad egressum. **I**deo dicit. **P**erturbatus egredior. **R**ecedebat aut̃ conturbatus. qz vel mundana que dilexerat dimiserat. vel forte qz demones sibi morienti apparuerunt vel qz sibi reuelata fuerat sua damnatio. **F**uit etiā eius status miserabilis p̃ eius egressum. **I**deo dixit. **I**nscius et ignarus. **A**cerbitas enim penarū sibi obliuionem induxit omnium scientiarū. **U**nde cuidam amico socio suo apparuisse d̃r dicens illi. qz totam scientiam suam perdidit. et nihil aliud nouit nisi solummō penam suam q̃ torquebat. **Q**uarto est vtilis ad ostendendum qz omnia mundana sunt oīmode vanitatis. **I**stō manifeste p̃ in alexandro cuius ossa in quodā vase aureo fuerūt reposita et recondita. et philosophi de multis mundi partibz puenierunt quorū vnus dixit. **V**eri iste faciebat thesaurū de auro. hō dievero auz thesaurū fecit de seipso. **A**lius dixit. **V**eri non sufficit isti totus mūdus hodie quinqz pedum sepultura est cōtentus. **A**lius dixit. **V**eri istum sequebātur omnes viuentes. hodie viceversa iste seq̃tur omnes moriētes. **A**lius dicebat. **I**ste h̃xi omnes quos volebat poterat a morte liberare sed hodie mortis iacula nō potuit euitare. **A**lius dixit. **V**eri iste premebat terram. hodie autem a terra primitur ipse. **A**lius dicebat. **V**eri iste multos habebat amicos et inimicos. hodie autem omnes sibi sunt equales. **Q**uinto memoria mortis est vtilis ad ostendendum qz potentia et dignitas mundanorū est magne prauitatis. **I**stud p̃ in dyogene philosopho et in alexandro. **C**um em̃ dictus dyogenes s̃m **A**lexo. extra urbem in vase habitaret ita qz in estate semp fundum soli oponebat. in hyeme vero ad ipsum solem voluebat. et alexander ante eum p̃sistens umbram sibi faceret. dixit ei si volebat vt pro se aliquid faceret. **E** ille. **V**ellem qz mihi non auferres quod mihi dare non potes. **Q**uod imperator intelligens ad illā

**I. iij.**

partem se diuertit. dicēs se valde mirari  
q̄ suam non videbat timere potentiam.  
**E**t ille. Potentiam tuam non timco. qz  
aut est preterita. aut presens. aut futura.  
Preteritā non timeo qz iam non est. Futu-  
ram non p̄timeo qz incerta est. Pre-  
sentem non formido qz cito est transitura.  
De hoc etiā refert **quintuscurcius** quēdā  
dixisse **Alexandro**. Si dñi habitū corpis  
tui auiderat animi tui parē esse voluissent  
orbis te non caper. altera manu orientē  
et altera p̄tingeres occidentē. Deinde tri-  
plici exemplo ostendit q̄ licet sit mō ma-  
gnus cito possit fieri puus. s. exēplo vni?  
magne arboris que subito eradicat. et ex-  
emplo hominis in altum ascendentis qui  
subito patit casum. Et leonis qui aliqui  
paruulorū animalū cibo efficit.

**E**odem die Sermo. iij.

**M**iseremini mei miseremini mei  
saltem vos amici mei qz manus  
v̄c. **Job. xix.** Nec verba p̄ueni-  
enter possunt eē cuiuslibet anime posite in  
purgatorio suam indigentiam ostēdētis  
et suffragia postulantis. In quibz verbis  
ponit triplex rō q̄re mortui sunt a viuis  
iuuandi. Prima sumit ex p̄defunctorū  
scz magna necessitas. cum d̄r. **Miseremini**  
**mei miseremini.** Geminat autem ipsa p̄-  
sona defuncta verbum misericōdie qz indiget  
duplici misericōdia. vna qua satisfiat ei in-  
di gentie. Alia qua p̄uideat eius penu-  
rie. Indigentia etiā magnā habent qui se  
non possunt iuuare. Sunt tñ quidā qui  
possunt se iuuare sicut peccatores qui p̄nt  
se ad gratiā disponere. et ab alijs p̄nt ad-  
iuuari. **Eph. v. ca.** Surge qui dormis.  
Surge. s. te bonis opibus disponendo. et  
exurge a mortuis peccata mortalia relin-  
quendo. et illuminabit tibi x̄p̄s lumē p̄ime  
gratie meritis aliquorū sanctorū infunden-  
do. Alij v̄o sunt qui nō p̄nt se iuuare. nec  
ab alijs adiuuari sicut damnari. Hoc si-  
gnificatum est **Matth. xxij.** in illo qui in

trauit ad nuptias. non em̄ potest se dam-  
nar? iuuare bonū aliqd̄ faciendo. qz habz  
ligatā potentiā opariuā. ideo d̄r. **Ligatis**  
manibz. nec etiā bonū aliqd̄ diligendo qz  
bz ligatam potentiā affectiuā. iō subditur  
**Et pedibz.** pedes em̄ aīe scdm̄ **Aug.** sunt  
effectus aīe. nec etiā bonū diligendo. cum  
hēat ligatam potentiā intellectuā. iō d̄r.  
**Autire in tenebras exteriores.** nec aliqd̄  
bonū verum dicendo. qz bz ligatā potētiā  
interpretatiuā. iō d̄r. **At ille obmutuit.** Nec  
potest ab alijs adiuuari dānatus. tum qz  
est extra ambitū dñe misericōdie. ideo d̄r. **In**  
**tenebras exteriores.** tum qz nō ē dignus  
ex eo q̄ non habuit vestem nuptialem ca-  
ritatis fraterne. tum qz ē p̄cisus a corpe  
ecclesie. **Membrz** aut p̄cisum efficit pu-  
tridum et frigidū. sic dānatus tanq̄ putri-  
dus sp̄ emittit famem qz ibi erit fletus. et  
sp̄ in frigore erit. qz ibi erit stridor dentū.  
**Alij** vero sunt qui mediū locū tenent. scz  
qui non p̄nt se iuuare. qz sunt extra statu  
merendi. p̄nt tamen ab alijs adiuuari. tñ  
qz dum viuerent hoc sibi meruerūt. tñ qz  
sunt in caritate que omnia bona ecclesie  
facit eē cōia. Tum qz sunt mēbra ecclesie  
viua a spū sancto viuificata. **Habent** etiā  
magnā penuriam. potest enim quis tribz  
modis suam penuriam releuare. aut labo-  
rando. aut mendicando. aut mutuū acci-  
piendo. sed in inferno non erit tempus la-  
borandi. sed scdm̄ labores recipiendi. j.  
**Cor. iij.** **Dēs** nos manifestari oportet  
ante tribunal x̄pi. **Mendicare** enim po-  
terūt dānati. sed qui elemosinas eis porri-  
gant non poterunt inueniri. sicut patet in  
diuite qui habere nō potuit guttam aque  
**Damnati** etiam mutuū inuenire non po-  
terunt. qz nullus concedit mutuū cui nō  
sufficit p̄rium sicut patet in virgimibz sa-  
pientibz que dixerūt. ne forte nō sufficiat  
nobis et vobis. **Scda** ratio quare  
mortui sint a viuis adiuuandi sumit ex  
parte viuorū. s. **fraterna caritas** cum dicat

Saltem vos amici mei. Dicunt autē hic amici quatuor modis. Primo iure p̄p̄n quitatis. Isto mō pater tenet iuuare filiū ⁊ frater frēm. Unde etiam diues apud in feros positus frēs suos iuuare volebat. Secundo iure p̄fraternitatis. sicut sunt vi ri religiosi qui fratres suos iuuare tenent. Tercio iure amicitie sp̄ialis. Et tales a mi ci aliqñ plus iuuant q̄ proximi. Pro uerb. xviij. Omni enim tempe diligit qui amicus est. Omni tpe dicit. q̄ uerus ami cus iuuat amicū in uita ad bonū inducen do. in morte ipsum ad penitentia admonē do. ⁊ post mortē suffragia faciendo. Quar to iure alicuius beneficij recepti. Qui em recipiunt elemosinas defunctorū obligan tur ad suffragia missarū ⁊ orationum. Pro uerb. vi. Si sp̄ponderis p̄ amico tuo. ob ligatus es ei. s̄q̄ ex beneficijs que recepi sti. discurre elemosinas faciendo. festina se pius ieiunando. suscita amicū sacrificiū offerendo. non dormitent oculi tui sed vi gilent orōnibus insistendo. Tercia ratō quare mortui sunt a uiuis iuuandi sumit ex p̄re iudicis que est eius pene seueritas cum d̄r. q̄ manus dñi tetigit me. Ex quo colligit q̄ eorū puniatio habet seueritatem q̄ in manus dñi ceciderūt. Heb. x. Mor rendū est incidere in manus dei uiuentis. Et h̄ pietatem. q̄ eos non subuertit ad damnationem sed tangit ad purgationem. Deus em punit hic ⁊ in purgatorio. ⁊ in inferno. Sic punit paterna correctōe. De bre. xij. Quem dñs diligit castigat. flagel lat autē omnem filiū quem recipit. In pur gatorio punit cū momentanea indignatō ne. Isa. liij. In momento indignationis abscondi faciē meam. parump̄ recessi a re ⁊ in mīa sempiterna miserrus sum tui. In inferno autē deus punit cū p̄petua subuer sione. Debre. vi. Impossibile ē eos qui se mel sunt illuati. ⁊ c. ⁊ plap̄si sunt in infer num rursū renouari ad penitentiam.

**Eodem die Sermo. v.**

**A**udi uocē de celo dicentē mihi. Scribe Beati mortui qui in dño moriunt. Apoca. xviij. Rumores tunc libenter audiunt qñ sunt boni. certi. de remotis partibz delati. ⁊ qñ sunt de ai cis ⁊ ab amicis nunciati. Tales sunt ru mores quos nobis refert Jobānes. Sūt namq̄ boni q̄ de nostra saluatōne Sūt certi q̄ a fidelissimo Iohanne euangel. testē dei. Sūt de remotis p̄tibz. q̄ sunt de ipso celo. Sūt ab amicis. i. ab angelis qui iohanni ista reuelabant. Sūt de amicis. i. de nostris defunctis. de quorū rā felici statu certificamur. ⁊ ideos tales ru mores bene sunt scribendi. i. memorie cō mendandi ex eo. q̄ sicut dicit beatus gre. Ad loquim̄ transit. qd̄ scribimus manet. Circa istam uocē quam iohannes au diuit duovideā sunt. s̄q̄ vnde uenit. ⁊ p̄ ter quid uenit. Uenit em nobis de celo. ⁊ hoc cedit nobis ad magnitudinē. p̄solatō nem ⁊ glorificatōem. Magna nāq̄ certi tudo testimoniū hic apparet q̄ in ipso celo nō sunt nisi brā trinitas. angeli ⁊ beati. uenit ḡ de celo. i. a deo trino ⁊ uno qui nō p̄ dicere aliqd̄ mendaciū uenit ab angelis q̄ nō p̄nt errare. uenit a sc̄is qui nō p̄nt deci pe. Est etiā uox ista ad nrām magnā p̄sola tōem. q̄ ex hoc p̄siderare possumus q̄ defi derāter nos expectāt brā trinitas p̄pter sue laudis impletōem. angeli p̄pter sui nūeri p̄pletōem. beati p̄pter suorū corpōz resūm ptōem. Cū ber. sup̄ cant. d̄r de statu ⁊ con summatōe ecclē. De ea finis oīm pender. tolle hāc ⁊ sit grata ipsa angelorū societas p̄pter numeri imp̄fectionem quodam mō claudicabit. nec sanctitas dei vnq̄ integre gaudebit. nec deus totā sue gl̄e laudē ha bebit donec ⁊ ipsi in p̄spectu angelorū psal lant ei. Est etiā ad nrām glorificatōem. p̄ celū ei intelligit altitudo trinitatis. Patet igit̄ dat uocem suam. i. testimoniū s̄q̄ nos expectat tanquam suos filios. Et si lius nos expectat tanquā suos fratres.

Spūs sanctus dat tanq̃ patris et filij ppe-  
tuos amatores. **C**irca secūdu notādū  
est q̃ ista vox ppter quatuor venit. **P**ri-  
mo ut nos certificaret qualis hō ex p̃ditōne  
sit sue nature cum d̃r mortui. Ipsa nāq̃  
lex mortis totum hūanū genus occupa-  
uit. **I**n longitudine q̃ vsq̃ ad finē mun-  
di durabit. sed tunc in inferno solūmodo  
remanebit. **Isa. xxxv.** Precipitabit dñs  
mortē in sempiternū. **I**n latitudine. q̃ p  
totum mūdū a puo vsq̃ ad magnū se ex-  
tendit. **Ro. v.** In omnes homines mors  
p̃transiit. **I**n altitudine q̃ vsq̃ ad altissi-  
mū dei filium se erexit. **Ibidē.** Cū adhuc  
infirmi essemus scdm̃ tempus xp̃s p̃ im-  
p̃ijs mortuus est. Et in p̃fundo q̃ vsq̃  
ad illū qui est i matris utero se immergit  
**Osee. ix. ca.** Interficiā amantissimam veri-  
eoz. **S**ecūdo ista vox venit ut nos certifica-  
ret qualis homo sit ex dono gratie. cū d̃r.  
**Qui in dño moriunt̃.** **C**irca qd̃ notādū  
q̃ quidam moriunt̃ sine dño qñ s̃q̃ mori-  
unt̃ morte culpe que animā separ ab eo  
qui ē vera vita. **Isa. lx.** Iniquitates ṽre  
diuiferunt inter vos et deū vest̃. **Sap. i.**  
**P**erverse cogitatōes sepant a deo. **Q**ui  
dam vero moriunt̃ extra deū et iō nō p̃nt  
redire ad deum et ideo tanq̃ asini putridi  
extra ciuitatem iherusalē expellunt̃ et in in-  
fernale sterquiliniū iactant̃. **Iher. xxiij.**  
**S**epultura asini sepeliet putrefactus et  
piecius extra portas iherusalē. **Q**uidaz  
moriunt̃ p̃ dño sicut sancti martyres qui  
p̃ fide dñi moriunt̃ sicut ipse p̃ eis mor-  
tuus est dicentes cū p̃pheta. **Quid veni-  
buam dño p̃ omnibz rē.** **Q**uidā moriunt̃  
in dño sicut iusti qui moriunt̃ peccato ad  
**Ro. vi.** Si enī mortui sumus p̃cō. quō  
adhuc viuemus in illo. **Q**uidā moriunt̃  
cum dño sicut viri p̃fecti qui moriuntur  
mundo. de quibz d̃r. **Col. iij.** Mortui enī  
estis et vita vest̃ra abscondita est cū xp̃o  
in deo. **T**ercio ista vox venit ut nos certi-  
ficaret qualis homo futur⁹ sit ex collatōe

glorie cum d̃r **Beati.** Sancti quidem in  
mundo sunt beati in vna stola glorie. scilz  
felicitate aīe. **I**n futuro at̃ duplici stola. s.  
aīe felicitate et corp̃is claritate. valet qd̃  
aīe diligenti deū corpus suum sanū. infir-  
mū et mortuū ac resuscitatū. **S**anū liqui-  
dem ad fructum p̃nie. infirmū ad mentū  
patiētie. mortuū ad desiderium glorie p̃fi-  
ciente. et resuscitatum ad p̃summatōnem  
glorie iaz p̃fecte. **Ber.** Sine corpe aīa nō  
vult p̃fici qd̃ in omni statu sentit in bono  
subsequere sibi. **Q**uarto venit ut nos in-  
strueret qualiter homo se habere debeat in  
mortis recordatōne cum d̃r scribe. **D**eter  
ei quilibet scribere. s. memorie sue firmiter  
imprimere q̃ homo sit mortalis et mori-  
turus ex natura. sed cum deo victurus ex  
gratia. **I**sta autē memoria mortis valet  
ad peccati vitatōnem. s. supbie. auaricie et  
luxurie. **Isa. xliij.** **D**etracta est ad inferos  
supbia tua. p̃cidit cadauer tuum. subtrus-  
te sternes tineam et opimētum tuum erunt  
vermes. **S**upbo enī apperit locum altūz  
sed in morte detrahēt ad locum infimum  
iō d̃r. **D**etracta est ad inferos supbia tua  
**A**uarus morat̃ in terra p̃ amorem sed in  
morte habitabit sub terra p̃ putredinem.  
ideo d̃r. **C**oncidit cadauer tuum. **L**uxuri-  
osus vult habere lectum carnalem et deli-  
ciosum. sed in morte hēbit lectū penosum  
iō subdit. **S**ubtrus te sternes tineam et opi-  
mentum tuum erunt vermes

**E**odem die Sermo. vi.

**N**olumus vos ignorare d̃ dormi-  
entibus ut non p̃stitemini sicut  
et ceteri qui spem non habent. **i.**  
**Thessa. iij.** **A**postolus nūc p̃solari fide-  
les sup̃ mortē caroz suoz ex tribz cōmibz  
**P**rima sumit̃ ex parte corp̃is qd̃ nō ē  
mortuum sed dormit. **N**emo enī p̃stista-  
retur de amico suo si dormiret sed potius  
sibi p̃gauderet. **D**icunt̃ autē mortui dor-  
mientes duplici de causa. **P**rimo ratiōe  
quies. q̃ sicut dormientes a laboribus

vacant. sic et ipsi a laboribus cessant. Ab illis scilicet laboribus. de quibus dicit *Isa. xliij. Et erit in die illa cum requies dederit tibi dominus a labore tuo quem pariebaris. et a percussione tua et a servitute dura qua ante servivisti. Requiescent igitur a labore percussione et a servitute. A labore quem pariebant in mundo. *ij. Cor. xi. In laboribus plurimis. A percussione quam pariebat a dyabolo. *Luce. xxiij. Symon ecce sathan expetivit vos ut tribueret sicut triticum. A servitute quam pariebant a corpore suo. *Ro. viij. Ipsa creatura liberabit a servitute corruptionis. *¶ Secundo de visionibus. dormientibus enim presueverunt occurrere visiones. Quidam tamen sunt qui nullas habent sicut pueri parvi. quidam qui aliquas habent. et horum quidam habent bonas et delectabiles sicut viri perfecti. Quidam vero habent malas et tristabiles sicut peccatores et impii. Quidam autem habent aliquam bonas et delectabiles et aliquam tristabiles sicut imperfecti. Eodem modo de mortuis est dicendum. Quidam enim sunt qui nullas habent. sicut pueri non baptizati. Neque enim habent visiones. quia deum videre non possunt. nec etiam tristabiles. quia deum non respiciunt neque demones. sed quadam quiete requiescunt. Alij habent visiones dulces et delectabiles sicut beati. Sicut enim dicit augustinus super genesin. ad litteram. beati habebunt tria genera visionum quibus nunc utimur. scilicet corporalem spiritualem et intellectualem. Corporalem quod videbunt christi humanitatem. terram novam. celum novum et corpora beatorum. Spiritualem quod videbunt beatos angelorum spiritus et corda et alas sanctorum. Intellectualem quod videbunt ipsum deum in quantum eis videre est possibile. Sunt et alij qui habent visiones tristabiles sicut damnati qui demones spiritus vident. *Sap. iij. Personae tristes spiritus apparentes illis pavorem prestabunt. *Job. xx. Gloriantur et tremunt super eos horribiles. Ex quibus verbis habet quod demones sunt tristes horribiles et importuni qui non cessant ire et redire ante eos. Sunt tristes ut generent*******

in eis dolorem. horribiles ut faciant in ipsis timorem. importuni ut ducant eos ad desperatorem. Alij sunt qui habent visiones tristabiles et delectabiles. sicut illi qui in purgatorio cruciantur quia vident demones qui perim quosdam eos cruciant. et angelos qui eos confortant. *Job. iij. In horrore visionis nocturne pavore tenuit me et tremor. hoc quantum ad horribilem visionem demonum. et vox quasi aure lemīs audiui. hoc quantum ad dulcem consolationem angelorum. Et sic patet quod illi qui sunt in purgatorio habent quedam tristabilia. et quedam delectabilia. Tristabilia sunt. quia habent ignis acerbiteriam. demonum societatem. et divine visionis privationem. Delectabilia sunt. quia habent angelorum crebram visitationem. future beatitudinis certam expectationem. et suffragiorum ecclesie perceptionem. *¶ Secundo apostolus consolatur fideles super mortem corporum ratione anime que habet immortalitatem et felicitatem. cum dicit. *¶ Ut non tristemini sicut ceteri qui spem non habent. Et quia christiani habent spem debent desiderare de fragili corpore exire ut possint in animam stolam glorie possidere. Quod cyprianus ad fortunatum triplici exemplo ostendit. *¶ Sicut scilicet desiderat navis exire de naufragio. *¶ Nōdo enim ipsa anima operis fluctibus marum concupiscentiarum. et modo conquassatur ventris temptationum. *¶ *Matth. viij. Ecce motus factus est in mari. quo ad ventos temptationum. ita ut nauticula operiret fluctibus quo ad fluctus concupiscentiarum. Sed tunc deus sedat ventos et fluctus tranquillat. Unde sequitur. Et surgens imperavit ventis et mari et facta est tranquillitas magna. *¶ Secundum exemplum est. Sicut desiderat peregrinus exire de exilio. Scilicet namque modo sunt peregrini. *¶ *ij. Cor. v. Quādiu sumus in hoc corpore peregrinamini a domino. *¶ *ps. Deum in quia in eo. et desiderat ei exire de ista peregrinatione************

**T**um qz habent viam nimis longā. ideo dicit. qz incolatus meus prolongatus est. Tum qz habent domū tenebrosam. iō dicit. Habitavi cū habitantibus cedar qui inter prestant tenebre. Tū qz habent viā nimis asperā. Modica est viā si est aspa videt esse nimis lōga. iō dicit. Vultū incola fuit anima mea. Tercū exemplū est sicut desiderat habitator exire de hospitio ruinoso. **Psalm.** Tanq̃ parietī inclinato et macerie depulsa. **Debre. viij.** Qd̃ antiquat̃ et senescit p̃pe interitum est. Ex quibz verbis habetur qz habitaculum corporis nostri est habitaculum inclinatū. depulsum. et antiquatū qz ei ē de terra creatum iō est versus terrā inclinatū tāq̃ cito in terrā casurū. Quia ē ex quatuor elementis praeritis cōpositū. et nullo t̃pamento bituminis colligatū. iō est tanq̃ maceria depulsum. Quia est antiquatū ex eo qz ab adā vsqz ad nos p̃pagatū. iō morti vicinū. Tercio p̃solat̃ ap̃ls fideles rōne vtriusqz. s. cor̃pis et anime. ex eo qz in beata resurrectione anima corpi p̃iungat̃. iō dicit. Si em̃ credimus qz ihsus mortuus est et resurrexit. qz em̃ ipsum corpi resurgat hoc requirit dei sapiētia iusticia et munificētia. Tripli em̃ de cā deus animā corpi vniuit. Prima est vt vniuersum suum p̃ficere. Cum em̃ quedā creatura pure corporalis. quedā pure spūalis oportuit ad p̃plenōz vniuersi vt esset vna p̃fita ex corpore et spūali rōnali vt est hō. Requirit ergo dīna sapiētia. vt sicut ad p̃fectōz vniuersi aīa corpi vniat̃. ita beata vita isto ordine dīne sapiētie nō p̃rineat̃. sed aīa suo corpi p̃iungat̃ vt vniuersū dei p̃pleat̃. Scōda ratio quare anima corpi ē vniata vt aīa in corpore. et p̃ corpus agones certaminū exerceat. Tercia est vt anima di serua carnē p̃seruā suā custodiret et in sup̃nis sedibz collocaret. Istas duas rationes assignat **Greg. nazanzenus** Exigit ergo dīna iusticia qz sicut aīa p̃ diuersos agōes meruit

in corpore. ita remuneret̃ in corpore. Exigit diuina munificentia qz nō em̃ remuneret suam animā sed etiā cum ipsa remuneret fidelem p̃seruam. i. carnem ipsam

**Eodem die.**

**Sermo. vij.**

**N**on p̃stestimini sicut et ceteri qui spem non h̃nt. i. **1. Thes. iij.** Super mortem caroz̃ nostrorū multis d̃ causis p̃stestari nō debemus s; potius p̃solari. **Primo** p̃pter moriendi necessitatem hoc p̃z in quodā rege pagāo. d̃ quo refert **Aug. in lib. de cura p̃ mortuis** qz cū dñs suis i capitolio sacrificaret. nunciat̃ ei qz filius suus vnicus obijisset. nō reliquit sacra que mambz gerebat. nō lacrimatus ē nec oīno suspirauit. sed ait sepeliat̃. **Me**mini em̃ me genuisse mortālē. Et subdit beatus **Aug.** qz diabolus in iudicio corā cristo dicit Ecce hic cultor meus cui nec resurrectionē nec paradisum p̃misi p̃ morte vnici nobilis et sapiētis filij sacra mea nō reliquit nec fleuit. cui aut̃ xp̃iani p̃ quibz mortuus es vt mortē nō timeret̃ et essent de resurrectione securi non solum lugent mortuos et voce et habitu. sed etiā ad ecclesiā p̃cedere p̃fundunt̃. Aliquantū etiā clerici misterij suum intermittūt vocātes **Pluctui.** Scōdo p̃pter reuocādi impossibilitatē cui? exēplū h̃emus in dauid qui ait **ij. Reg. xij.** Ego ibo magis ad eum. ip̃e non reuertet̃ ad me. **Eiusdē. xij.** Dñs em̃ mortū et quasi aque dilabim̃ in terrā que nō reuertunt̃. **Iste** fluuius hūani generis tres habet status. In primo stabat dispositus tamen erat ad standū et ad fluendum. qz homo i p̃rio statu poterat mori et non mori. mō autē p̃tinue fuit et nunq̃ reuertit̃ in fine immobiliter stabit. Tercō p̃pter seruiendi deo maiorem facultatem. Et hui? exēplū h̃emus in beata melodia d̃ qua dicit **Ihero. in quadā epla ad paulū.** Sc̃ta melodia n̄i t̃pis inter xp̃ianos vete nobilis que calefcente adhuc marti corpusculo et nec dum humato duos

perdidit filios. Rem dicturus incredulā sed xpo teste nō falsam fieri immobilis et obvoluta xpi pedibus quasi ipsum teneret dicens. **E**xpediū tibi seruitura suā dñe qz tanto onere me liberaſti. **Q**uarto ppter dei beneplacitū et voluntatē. et hec sola causa si alia nō esset sufficere deberet. **H**uius exemplū habemus in curcio optimo romano. de quo dicit aug. in li. de ciuita. dei. **C**urcius armatus equo in abrupitū tere byatū precipitē se dedit. qz iusserāt dij vt eū illuc quē romani hērent optimū mitterent. **S**i gō homo paganus nullā hūis spēs de resurrectione mortis se dedit qz dij hoc iusserāt. qz magis homo xpianus non debet de sua vel aliorū morte dolere qm scit de um hoc velle. **I**hero. Resurgere credim? nostros et plāgimus quid facerem? si moni tñm precipiet deus **V**oluntas eius vniqz sola sufficeret ad solaciū. cui nullū preponere tēmus affectū. **Q**uinto ppter immortalis vite adeptōē. **H**uius exemplū hēmus in theobrotō phō. de quo dicit aug. in li. de ci. dei. **T**heobrotus lecto libro platois vbi dicitur aīe immortalitate disputauit se precipitē dedit de muro vt ex hac vita migraret ad eam quā credidit esse meliōrē. **S**i igitur homo paganus tantā fidē dedit dñs alterius pagani qz magis xpiani p deū suū de vita beata certificari non deberēt sic de sua vel suorū morte dolere vt ad beatam vitā possint pringere. **S**exto ppter miseriarū mundi euasione. **H**uius exemplū habemus in multis gentilibus et paganis. de quibus dicit solinus qz apud plurimos luctuosa sunt puerperia et leua sunt funera. **C**onſuetudo enī est apud plurimos qz qm puer nascit pentes et amici faciunt magnū plāctū ex eo qz in istū mundū venit vbi passurus est multiplicatē miseriarū. sed qm puer mori facit magnū festum ex eo qz de miseris mundus exiit. **A**licubi etiā est consuetudo vt dicit **I**hero. qz mulieres vine cū viris defunctis sepeliunt et malunt cū

viro mori. qz post mortem viri in luctu et in statu miserabili remanere. **E**t ambros. in li. de bono mortis. **S**i plena miseria ē omnis vitā vniqz finis alleuiamentum ē. **A**lleuiamentū aut bonū. mors aut finis. **M**ors gō bona. **S**eptimo ppter debiti solutiōem. **T**enem enī deo soluere debitum mortis. et iō nullus dicit dolere si soluit qd debet. **D**e hoc hēmus in tribus exemplis. quorū vnu ponit **C**yprian? et duo alia ponit beatus aug. **U**nus nāqz nolebat mortis debitū exsoluere. iō angelus sibi infirmatū cū indignatōe apparens dixit **N**on timeas exire nō vultis quid faciā vobis. et sic ab eo irat? recessit. **A**lius aut nolebat soluere si nō debet. si vero debebat statim volebat. vñ infirmatus dixit ad deū. **S**i nūqz bene. si aliqñ qre non mō. **T**ercio ponebat hoc in voluntate creatoris parus remanere qzrum velleret soluere qm velleret. et iste fuit ambros. qui cū in extremis positus rogaret vt plongeretur vite sibi impetrare velleret a dño ait. **N**ō sic vixi vt me pudeat inter vos viuere. nec mori timeo qm habemus bonū dñm. ac si dicat **S**i placet deo vt adhuc viuā. possum adhuc viuere inter vos sine rubore. si placeat deo qz moriar. mori possū sine timore. **O**ctauo ppter boni mortis adeptōem. **I**stā rōem tangit **I**hero. in epla ad riranhiū. d. **G**audent pntes tota vita sine filijs p morari. dū valeāt qd cupiunt de suis pignoribus adipisci. **P**egri nant vt ad palacia p gant. nauigant ad dignitates ad studia acquirenda. ad cāspatrimonij explicandas cū periculo et labore. et vt ad palacia celi. ad studia xpi. et ad honorē vite ppetue. ad pñmonij possessiōis eterne cū securitate valeant puenire nemo filios suos a se gratulaf abscedere. **A**d pñmonia pñra gaudent tam pentes a filijs qz filij a pentibus puocante dyabolo separari. et ad indulgentiā percipiendā nō sunt ab inuicē deo vocante discerni.

**E**odem die. **S**ermo. viij.

**V**ir fortissimus iudas collatōne facta. xij. milia dragmas argenti misit iherosolimā offerre p peccatis mortuorū in sacrificio. ij. Mach. vij. In hoc qd vir iste fortissimus tantā mittebat pecuniā vt fieret elemosine sacrificiū et orōnes dat intelligere post hanc vitam aliquē bonū locum esse in quo anime fidelū purgant. **C**irca qd sciendum qd quinqz sunt loca recipientia viuos et mortuos. i. infernus. purgatoriū. limbo puerorū. mūdus et celum. Infernus est tanqz carcer dei in quo ponunt oēs qui sunt ex banmī. Purgatoriū vero est tanqz hospitale dei in quo colligunt oēs infirmi. Limbus est tanqz insula dei. ad quā mittuntur oēs nō pfirmari. Mūdus vero est tanqz stadiū in quo exercitant oēs strēni milites. Celum vero est tanqz palaciū et viridariū dei in quo ponunt oēs milites triūphantēs et emeriti. Primus locus est infernus. in quo recludunt oēs banmī. et iste carcer esse credit in medio terre. et hoc tēgit quedā glo. sup. Ioh. que dicit. Sic cor est in medio animalis. ita infernus est in medio terre. Et talis locus pgruit dānatis ppter elongatōnem. obscuritatē et frigiditatē. Propter elongatōnē siquidē qd sicut nihil tantū distat de celo quantū terre mediū. sic nihil tantū distat a dō qdū peccatū. Iustū ergo est vt sicut hō se elongauit p peccatū a dō. sic elongat a celo p locū nouissimū. Proverb. xvi. Longe est dñs ab impijs. Cōgruit etiā ppter obscuritatem. nullus enim locus est obscurior qd sit mediū terre. Terra enī in superficie faciei illustrat. sed in suo medio ppetua obscuritate replet. et ideo locus tā tenebrosus ppetit peccatoribz tenebrosus. Job. x. Anteqz vadam et nō reuertar ad terrā tenebrosam. Congruit etiā ppter frigiditatem. In medio ei terre summe est frigus. iō puenit peccatoribz qui fuerunt frigidi in amore di. tantū autē frigus bēbunt qd

sp. dentibz stridebūt. Mathe. viij. Ibi enī erit fletus et stridor dentū. **S**ecundus locus est purgatoriū qd est tanqz hospitale dei. in quo sanant oēs infirmi. Sanantur autē p ignē purgantē et p suffragia ecclesie que quidē scdm Greg. sunt orōnes sacrificia. elemosine et ieiunia. Per ista autem suffragia non oēs sanant. sed tñ illi qui sunt sanabiles. nam scdm beatū Auguf. mortuorū quidā sunt valde boni et quidā sunt valde mali. quidā vero sunt mediocriter boni et mali. Suffragia igit p valde bonis sunt gratiarū actiones. Pro valde malis. et si non sint adiumenta mortuorū sunt tñ qlescūqz viuoꝝ cōsolationes. pro mediocriter bonis et mediocriter malis sūt expiationes. Istam triplicem differentiaz tangit ppheta dicens Calix in ma. dñi vi. me. ple. mix. Valde boni bibunt in calice dñi pleno vino. qd dat eis gloria. Mediocriter boni bibūt in calice pleno mixto. i. iusticia. qdū ad pñtiā. et miscōia qdū ad expectatōnē. s. valde mali bibūt de calice dei pleno fece. i. dei furore. Job. xx. De furore oīpotentis dei biber. Ista autē suffragia illi qui sunt i purgatorio scire possunt tribz modis. s. p dñā vel angelicā reuelationem. p animarū hinc exētiū reuelatōz et p expiam in seipsis reuelationē. Quā ei ex pte reuelari se sentiūt. suffragia p se facta fuisse cognoscūt. **T**ercius locus est limbo puerorū qui est tanqz insula dei vbi recipiunt nondū pfirmati. i. pueri nō baptizati. qui ideo nō dicunt pfirmati. quia dei visione sunt priuati. Limbo patz dicebat sinus abrahe. Limbo puerorū dicitur limbus inferni. Patres enim habebāt requiē. qd imunes erāt a pena sensibili. Habebant securitatē. qd expectabāt gloriā futuram. Habebant absconsonem. qd abscondebant a temptatione diaboli. et ideo dicebatur sinus. Illud enim quod est in sinu est quietū secretū et absconsum. Limbus autem puerorū dicitur sinus inferni.

Sunt quidem immunes a sensibili pena  
 et temperatione dyabolica et quo ad hoc dicitur  
 finis. privati tñ sunt visione diuina. et qñ  
 tum ad hoc dicitur infernus. Quartus locus  
 est mundus qui est studiū dei. in quo exer  
 citantur milites strenui qui debet se exer  
 citare p̄ra carnem per temperantiā. cōtra  
 mundum et p̄ra tyrannos per patientiam  
 et p̄ra dyabolum per resistentiā. De hac  
 triplici exercitatione dicitur ad *Eph.* iij.  
 Non est nobis colluctatio aduersus car  
 nem et sanguinem. et hoc quo ad primum  
 sed aduersus principes et potestates quo  
 ad secundum. p̄ra spirituales nequicias  
 in celestibus quo ad tertium. Quintus  
 locus est celum quod est palacium et vi  
 dationis dei. in quo ponunt milites trium  
 phantes emeriti. Et horū tria sunt genera  
 sc̄q̄ baptismalem innocentiam conseruan  
 tes et pro ipso martirium sustinentes et per  
 fectionem vite apprehendentes. Isti sunt  
 tantum illi tres viri qui animas suas sal  
 uant. q̄ immediate euolant. sc̄l̄z *Dani*  
*el.* *Noe* et *Iob.* vt habetur *Ezechie.* xiiij.  
 Per danielē qui fuit magne simplicita  
 tis et innocentie intelliguntur innocentes  
 primi *Nachabeor.* ij. *Daniel* in sua sim  
 plicitate liberatus est de ore leonum. Per  
 noe intelliguntur viri perfecti. *Genesis*  
*vi.* *Noe* vir iustus atq̄ perfectus in gene  
 rationibus suis. Per iob autem multis  
 vulneribus confossum intelligunt marri  
 res. de quo dicitur *Jacobi.* v. *Sufferen*  
*tiam* *Iob* audistis. et finem domini vidi  
 stis. Isti sunt montes dei alti per innocen  
 tiam. vitam et patientiam. De quibus di  
 citur *Ecclesiastici* quadragesimo quarto.  
 Tripliciter sol erurens montes et cetera.  
 Sol enim iusticie in puenis baptisatis  
 eruret omnem culpam originale. et in p  
 sectis omnem maculam venialem. ac in  
 martiribus omnem maculam. actuaalem  
 sc̄q̄ et originale.

De sancto Martino episcopo.  
 Sermo primus.

**I**n diebus suis  
 placuit deo. *Ecc.* xliij. *Tora* vi  
 ta iusti est lucida dies et preclara. i. *Thess.*  
*v.* Omnes vos filij lucis estis et filij diei  
 Et iste dies habet mane. quādo sc̄q̄ lux di  
 uine gratie in sanctis viris incipit refulge  
 re. Habet meridiem quando lux gratie in  
 eis p̄cedit et crescit. Sed non habet vesp̄  
 ram. q̄ etiam in morte eis non extinguit  
 sed cum die eternitatis prinuatur. *Pro*  
*uerbio.* iij. *Semita* iusti quasi lux splen  
 dens. ecce mane iustificationis. Procedit  
 et crescit. ecce meridies augmentationis.  
 vsq̄ ad perfectum diem. ecce continuo  
 cum die eternitatis. *Tora* igitur vita bea  
 ti *Martini* fuit dies. quia habuit tres sta  
 tus. quia fuit laicus. religiosus. et prela  
 tus. ideo dicitur. In diebus suis placuit  
 deo. Primo quidem placuit deo in statu  
 laicali quo ad se. quo ad deum. et quo ad  
 proximum. Quo ad se quidem. quia ex  
 tinxit in se omnem auariciam. Unde dici  
 tur q̄ in sup̄dijs nil p̄ter quotidianū  
 victum reseruans de crastino non cogita  
 bat. i. ad *Thimo.* vj. Habentes alimen  
 ta et quibus regamur hīs contenti sum?  
 Omnem intemperantiā. Unde dicit.  
 Frugalitas in eo tanta fuit vt iam nō mi  
 les sed monachus putaretur. *Ecclesiasti*  
*ci* xxxj. Utere quasi homo frugi hīs que  
 tibi apponuntur. Omnem superbiā. quia  
 fuit tante humilitatis. q̄ etiam suo seruo  
 seruebat et calciamenta terrabat. Ex  
 emplo illius qui dixit *Matth.* xx. *Filius*  
 hominis non venit ministrari sed ministra  
 re. Secundo quo ad deum. Habuit enī  
 magnam fidem. quia cum esset anhorum  
 decem. inuitis parentibus ad ecclesiam  
 confugit. *Matth.* decimo. Qui amat pa  
 trem vel matrem plus q̄ me. non est me  
 dignus. Habuit magnam sp̄m dicens.